



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Cessio bonorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

non est
n. 39. per
p. am
tent, &
cento p
at. Ratio
creditor
in illud
nis tam
ut sup
quod d
qualite
biliter, q
et quod
ne oblig
quando p

alium tu almonere, quos ad falsum testimonium ferendum
inducis, ut falsum retrahant, & iis rebusque retrahere,
tenetur iudici fraudem aperire, Innocenscripiatur, quam
est huius vitæ periculum imminet, melior enim est conditio
innocentis. Si Reus fuit per alios testes convictus, falsus
testis nihil fecit, non est mirum, tunc ad nihil obligari,
quia nihil damni intulit, ut supportis. (Lege Dianam part.
3. tract. 5. resolution. 105.)

Dicit modo credat se profuturum, quia credens se nihil
profuturum, non tenetur retrahere, cum nullus ad opus
tenetur obligetur. Tenetur tamen restitutionem damnorum
facere, cum illorum causa iniusta censetur. (huic dicto
addo ego, semper iuvare, saltem per hominem gravem
admonere iudicem de falsitate prædicta ex Dicastill.
lib. 2. tract. 1. de iustitia, disp. 5. dub. 5. num. 5. nam certe
tunc iudex maiorem diligentiam adhibebit exquirendi
veritatem pro reo.)

Dicit modo in proferendo testimonio peccaverit morabli-
ter, nam qui bona fide perniciosam aliquam falsitatem dixit
in iudicio, non tenetur cum tanta suo incommodo, cognita
veritate, dictum retrahere, cum ex nulla radice corripit ad
hoc tenetur: in Sol. Navarr. & alij (Tol. Nav. Clau. Reg.
Sylvapud Bon. ibid. quibus addo De Lugo tom. 2. de ius-
ticia, disp. 30. sect. 3. num. 24.) Hæc ex Bonacina.

Quid, si verum crimen per testimonium prolapsi,
sed iuste, utpote, quod erat occultum? Respondet
cum Castro Pal. de iust. comm. d. 1. p. 17. §. 3. n. 6. cit. Less.
Sanch. Pet. Navar. te tunc non esse obligatum vitam
exponere, ut delinquentem liberes, sed solum, quando
falsum crimen imposuisti. Ratio est (inquit) quia iam
sententia erit iusta, si crimen verum fuit: ergo tu, licet
peccaveris, non fuisti causa mortis iniustæ, &c. Vide
etiam latius. Hæc duo proximè dicta sic approbat S. v.
Resolutio 1. Qui falso testimonio scienter contigit alium
in periculum, tenetur etiam cum suo vitæ periculo, eum
liberare, quod si sine culpa fecit, debet retrahere, si possit
sine magno suo periculo.

Cessio Bonorum.

7. Ad impotentiam reducitur cessio bonorum, de qua
fama cum duo afferre sufficiat, alterum omnibus pervi-
um, alterum singulare.

8. Primò: Cessio bonorum excusat quidem a resti-
tutione in foro externo, non verò in conscientia, nisi
verè impotens sit, qui cedit; ejusmodi enim cessio idco
debitori suffragatur in foro externo, quia Princeps sup-
ponit miserum hominem non esse solvendo, unde si sit
solvendo, nunquam Princeps intendit tollere ius credi-
torum, quod intendere iniquum sanè esset. Alimenta ta-
men, quibus secundum tuum statum parce vivas, te in
foro conscientia posse retinere, immò, & occultare pro-
hibitum est (sive ea accipias ex bonis quibus gaudebas
ante cessationem, sive ex acquisitis postea) si quidem ad
proptia alimenta quilibet Ius habet; cum is, qui iis ca-
rebat, in gravi necessitate constitutus, in qua etiam alie-
ni posse succipi, nedum propria occultare, communis
iuri nunc est sententia.

9. Ex hac eadem doctrina illud obiter dicam: Nam
patres & filij, quorum viri, parentisque ad magnam
fuit penuriam redacti sive culpa, sive etiam sine culpa,
si post eorum mortem inveniatur non esse solvendo de-
bitis à Patre virisque contractis, possunt ex bonis relictis
tantum subterfuge, atque occultare, quantum satis in-
ducitur ad vitam, solumque statum honestè conservan-
dum. Ita Cælest. citans Scot. Azor. aliòsq. apud Dian.
p. 1. tract. 14. ref. 57. Et in iudicio requisiti possent, cum
equivocatione congrua, iurare se nihil occultare, puta
nihil non ipsis debitum: & propter eadem rationem
non incurrerent excommunicationem fortè latam con-
tra ea bona occultantes.

10. Secundò: Proposita mihi nova quæstioncula fuit
modulterius: An Artífex, qui cessit bonis, possit in po-

stetum contra suum statum otiosi, an verò obligetur ar-
tem suam, ut antea exercere, quò aliquid præter victum
(ut certe potest) acquirendo, creditoribus suis, saltem
ex parte, satisfaciatur.

Respondet, Nonnulli apud Dian. tom. 3. tract. 5. Miscel.
ref. 78. omnino hunc liberare ab operando fortasse con-
tendent, ex eo principio, quòd cessio, quando exhi-
bita est cum ignominia, subit vicem perfectæ solutionis.

Et hanc sententiam mordicus tuetur, & probare con-
tendit Thomas Hurtad. part. 2. mor. tract. 8. cap. 4. ref. 33.
num. 433. Verum, quia communis, & solida sententia
negat, tunc extingui obligationem, solum suspendi,
quia tota ratio privilegij cessionis bonorum ducta est
ab impotentia debitoris, & illa ignominia signa solum
adduntur, ne passim huiusmodi cessiones cum damno
Recip. intententur. Ita Covarr. Less. Molin. Turr. Fill.
Bon. apud de Lugo tom. 2. de iust. disp. 21. sect. 2. quibus
addo Cast. Pal. de iust. comm. disp. 1. part. 17. §. 11. num. 6.
cit. Med. Nav. Sanch. & alios. Ideò Artíficem hunc om-
nino obligo ad laborandum iuxta suam conditionem,
quò restituat, quando potest, tum quæ ex contractu,
tum multò magis, quæ debet ex delicto. Et ratio à prio-
ri est, quia quilibet obligatur apponere media saltem or-
dinaria, quæ conducunt ad finem, ad quem quis obli-

gatur, cum certum sit, cum, qui obligatur ad finem,
obligari etiam ad ordinaria media ad illum. Sanè quis
non obliget ex virtute Religionis fidelem ad ambulan-
dum à Domino sua ad Ecclesiam competentem distantem
quo, die Dominico, Missæ inter sit Sacerdotem ex ead-
em; ad emendum Breviarum, quo horas Canonicas
solvat; Patremfamilias ex virtute Charitatis, ad conqui-
rendum consuetis hominum laboribus victum, quo fami-
liam alar, & sexcenta alia? Pari ergo, immò maiori
ratione, iustitia, quæ fortius urgere solet, quam alia
Virtutes, obligabit debitorem hunc artíficem (à quo
ex cessione bonorum non cessit, ut dictum est, obli-
gatio restituendi) ad laborandum secundum suum sta-
tum, qui labor medium est respectu ipsius satis ordina-
rium, quo finem obtineat faciendi æqualitatem, quam
potest cum creditore. Nam, propter eandem rationem,
hunc, & quemlibet alium debitorem non posse repudia-
re hæreditatem, vel quid simile, docet Sanch. Less. apud
Castro Pal. loco cit. num. 4. qua hæreditate possit credi-
toribus satisfacere, quia hoc est medium ordinarium, &
facile.

Paritas, quæ potest obici contra hanc doctrinam, du-
cta à Religioso, qui in nostra sententia non obligatur la-
borare ad solvenda debita contracta in sæculo, iam satis,
superque dissoluta est supra, §. 2. num. præfertim 12.

CAPUT II.

De Concausis, seu Cooperantibus ad actionem
iniustam, ex quibus oritur obligatio
restitutionis.

1. Ntequam ad singulas causas accedam, duo pr-
omnibus adverte: Primò, has Concausas nun-
quam teneri ad restitutionem, nisi re ipsa damnâ se-
cutum sit. Secundò, nec teneri, nisi adsit certitudo mor-
ralis, quòd id sit secutum, quòdque sit secutum ex eius-
modi causa. Nam quando de alterutro ex his ambigitur
diximus diserte sup. lib. 1. in Dec. cap. 3. §. 7. v. Damnum
secundo. Concausæ autem hæ, de quibus locuturi su-
mus, novem omnino sunt, his carminibus compre-
hensæ:

Inssio, Consilium, Consensus, Palpo, Recursus,
Participans, Mutus, Non obstants, Non manife-
stans.

De his Concausis lege Azor. 3. p. l. 4. c. 10. Less. l. 2. c. 13.
Reb. p. 1. lib. 2. q. 14. Valq. de rest. c. 9. §. 1. Molin. 3. ad. 719.
Reg.